

est itaque intelligens cognoscere existentiam suam immediate i. e. sine ratiocinio.

R. — *Nego ant.* et *cons.* Pérelebre Cartesii effatum; « *Cogito, ergo sum* », verum est si particula *ergo* accipitur solum uti manifestativa; falsum, si accipitur uti deductiva. Et sane, si conscientiae fidem adhibemus, existentiam nostram, non inferimus ex actibus nostris, sed in actibus nostris manifestissime perspicimus. Qui autem dicit: *Cogito, ergo sum*, affirmat in propositione secunda (*ergo sum*) existentiam suam, quam iam affirmavit, una cum cogitatione, in propositione prima (*cogito*); verbum enim *cogito* idem valet ac *ergo sum* cogitans.

Inst. — Principium intelligens, quod est anima, nequit immediate percipere suam existentiam, quin simul immediate percipiat suam naturam. At principium intelligens profecto non immediate percipit suam naturam. Ergo nec existentiam.

R. — *Dist. mai.* Principium intelligens, quod est animal nequit immediate percipere suam existentiam, quin simul immediate percipiat suam naturam, modo confuso, incompleto, vulgari, sicut ens unum, subiectum et causam suarum intellectionum, intelligens simul et intellectum, *conc.*; modo distincto, completo, scientifico, sicut substantiam spiritualem, materiae coniunctam, immortalem, etc. *nego*, et, *contrad. min.*, *nego cons.* — Quamvis multi sint homines, vel intelligentissimi, qui propriam naturam specificam ignorant, aut circa ipsam turpiter errant, nemo sanus dubitat de sui ipsius unitate, substantialitate, causalitate, identitate. Nec tamen quisquam potest haec ratiocinando educere ex natura suarum intellectionum; nam intellectiones, prout intellectiones, non habent ordinem ad unum potiusquam ad plura, ad istud potiusquam ad illud subiectum et principium intelligens. Restat igitur ut quisque immediate percipiat sui ipsius unitatem, substantialitatem, causalitatem et identitatem, percipiendo intellectiones suas uti intellectiones unius subiecti et principii intelligentis, quod sit ipsum et non aliud, intelligens simul et intellectum.

§ VI. DE MEMORIA INTELLECTIVA.

Indubium est hominem recordari, non solum ea quae sensu percepit, sed etiam quae percepit intellectu. Hinc necessitas admittendi in homine, praeter memoriam sensitivam, memoriam intellectivam.

THESIS. — *Memoria intellectiva non est facultas realiter distincta ab intellectu.*

Prob. — Revera, ad actum memoriae intellectivae explicandum, tria requiruntur: *conservatio* specierum intelligibilium, earum *reproductio* et *recognitio*. Atqui intellectus talia munera per se fungi valet. Ergo...

Prob. min. — 1) Quoad conservationem specierum. — Intellectus, cum sit immaterialis, quemadmodum demonstrabitur, habet stabiliorem naturam quam sensus; unde quod recipitur in ipso, immobilius atque inamissibilius recipitur, quam in sensu. Iam sensus recipit species non solum, sed etiam eas conservat, si non *actu*, saltem *habitu*, nempe per dispositionem quandam ad actum. Ergo...

2) Quoad reproductionem. — Species quae conservantur in intellectu, saltem per dispositionem quandam ad actum, ad actum transibunt occurrente causa sufficiente. At causa huiusmodi possunt esse, vel phantasma, cui aliquomodo connectatur idea iam habita quodque in cerebro excitetur; vel ipse intellectus, qui, aut sponte, aut imperio voluntatis, rediens supra ideas quas habet in praesenti, per nexus logicos quibus ideae inter se colligantur, ducatur ad excitandas ideas praehabitas. Ergo...

3) Quoad recognitionem. — Recognitio specierum in hoc proprie consistit quod, si species aliqua iam habita, atque in statu habitus conservata, rursus in actum prodeat, non apprehendatur ut species nova, sed apprehendatur ut species iam habita. Nunc age; intellectus, reflexionis ope,

apprehendere potest species suas in concreto, h. e. prout suae sunt, eoque modo et ordine quo una alteri succedit. Atqui si intellectus, reflexionis ope, apprehendere potest species suas prout suae sunt, eoque modo et ordine quo una alteri succedit, procul dubio poterit apprehendere species suas iam habitas uti iam habitas. Ergo...

Memoriae dotes. — Cum tres sint memoriae constitutiva elementa, videlicet idearum conservatio, reproductio et recognitionis, tres item erunt eius dotes. Revera, ut memoria *felix* i. e. perfecta dici queat, esse debet *tenax* in conservando, *prompta* in reproductendo, et *fidelis* in recognoscendo ideas iam habitas. Quod si *infelix*, scilicet imperfecta, erit, id obtinget aut quia *labilis* in conservando, aut quia *lenta* in reproductendo, aut quia *infidelis* in recognoscendo ideas praedictas.

Adiutores memoriae. — Cum reproductio idearum pendeat a dispositione quadam, quam ipsae habent ad actum, crescente hac dispositione, crescet quoque facilitas reproductiois et consequenter recognitionis earum. Iam quae crescere possunt praedictam dispositionem, sunt praesertim *attentio* et *associatio idearum* aut *phantasmatum*.

Attentio non est nisi quaedam specialis applicatio facultatis cognoscitivae ad obiectum aliquod, et duplex distinguitur: alia *naturalis*, *spontanea*, quae locum habet quum obiectum ita percipit et allicit facultatem cognoscitivam (propter evidentiam, novitatem, pulchritudinem, etc.) ut haec sponte sese illi applicet; alia *voluntaria*, *libera*, quae locum habet quum ipsa voluntas cogit facultatem cognoscitivam ad relatum applicationem.

Associatio idearum et phantasmatum habetur quando una idea aut imago phantastica cum altera ita colligatur, ut reproductio unius determinet reproductioem alterius.

Utraque associatio habet suum fundamentum in vinculis, seu relationibus, quibus ideae et imagines simul colligantur. Relationes huiusmodi sunt aut *naturales*, *intrinsicae* rebus, aut *arbitrariae*, *extrinsicae*, prout ex ipsis rebus aut ex arbitrio nostro proficiscuntur. Inter relationes priores numerantur, e. g., *similitudo*, *oppositio*, *contiguitas temporis* vel

loci, *connexio causalis*, *logica*, etc. (1); inter alteras relationes numerantur e. g. *significationes verborum oralium* vel *scriptorum*.

(1) « Diversi sono i fondamenti o principii su cui tale associazione riposa; ma come principali e più frequenti si designano questi che seguono:

La *somiglianza*, maggiore o minore, delle cose, della loro manifestazione, delle loro qualità, di alcune delle loro relazioni; la quale congiunge nella mente le idee percepite che a quelle cose corrispondono; cosicchè, data l'occasione, si riproducono, ed aprono il campo all'immaginazione di spiegare la sua attività. Da questo principio infatti della somiglianza derivano le metafore, le allegorie; le comparazioni, le similitudini; le parole onomatopoeiche, imitanti cioè col loro suono le cose significate, le scritture figurative nei tempi primi, i figmenti mitologici, i simboli...

» La *opposizione* o il *contrapposto*: per cui, provando una sensazione o richiamando un'idea, si risveglia la opposta che le fa riscontro. Così: questo freddo invernale mi risveglia il sentimento del calore estivo: la escandescenza di tale che alla menoma contrarietà s'indraga e sbuffa d'ira, mi richiama la tranquillità del carattere d'altra persona pacifica da me conosciuta; il verseggiare elaborato vuoto e fiacco di qualche rimatore dei nostri giorni, mi richiama la poesia semplice, succosa e robusta dell'Alighieri, del Leopardi e dei pochi altri poeti degni veramente di questo nome.

» La *contiguità del tempo e del luogo*. Perciò tornandomi alla mente il tempo passato a Pisa, ricordo la Università, le scuole, i professori, alcune di quelle lezioni o prolusioni che più mi colpirono, i compagni prediletti, il ridente lungarno, il campanile pendente; ove una volta mi abbattei in alcuni Inglesi; dai quali, dimoranti in quella città, fui eccitato e avviato a studiare la loro lingua; e mi aiutai colla tale grammatica; e mi abilitai a studiare Shakespeare...

» La *causalità*, ossia la *relazione tra causa ed effetto*. Così lo straripare dei fiumi mi risveglia l'idea dell'acqua caduta o della neve squagliata su i monti; e qui l'immagine del monte Rosa a cui ascesi in compagnia dell'amico tale, e i pericoli incontrati, e così via: — il dolore che provo ancora alla gamba, mi richiama la caduta d'un anno fa: la vista dei rottami anneriti di un edificio, mi richiama l'incendio che lo distrusse.

» La *connessione o dipendenza logica*; il legame cioè, e la relazione diversa delle idee e dei pensieri tra loro, massime se versano intorno a un soggetto ben determinato. Perciò avendo letta o attentamente udita un'orazione, se mi se ne ridesta alla mente un pensiero, molti o quasi tutti gli altri fra loro annodati, si ridestano » (NUCCI, *Nozioni di Psicologia, Logica, Etica*, par. I, cap. III, art. 3).

Ex istis relationibus sequitur ut, quum in mente aut phantasia nostra reproducitur una idea aut imago phantastica, statim aliae ideae aut imagines reproducantur. Hinc *leges*, seu modi constantes, *associationis*, quae ex ipsis relationibus, quibus fundantur, nomen accipiunt (*lex similitudinis*, *lex oppositionis*, *contiguitatis*, etc.), et omnes comode reduci possunt ad unicam sequentem legem: *ideae et imagines phantasticae iam partae, simulque vinculo quodam colligatae, omnes facile reproducuntur, quum una illarum reproducitur.*

Obi. — Memoria intellectiva videtur ab intellectu realiter distingui, nam sunt homines qui, dum exuberant memoria, ingenio indigent, vel vicissim.

R. — Verum obiicit adversarius: sed, si tecum ipse recolueris in homine, praeter memoriam intellectivam, dari memoriam sensitivam (verborum, imaginum, locorum, numerorum, etc.) organo inhaerentem, haud aegre in nihilum rediges obiectionem hanc plurimasque alias desumptas ex phaenomenis quae, vel cerebri laesione, vel senectute, vel diversa corporis valetudine, circa memoriam adnotarunt historici et experientia non infrequens testatur (1).

(1). « Strettissime sono le attinenze tra l'organismo corporeo e l'esercizio della memoria, la quale non solo si risente delle diverse condizioni fisiologiche e subisce diverse fasi corrispondenti alle diverse età della vita in cui versiamo, ma talfiata rimane profondamente turbata e sconvolta dallo squilibrio organico delle funzioni animali. Giovanni Leclerc scrisse di se medesimo, che dopo una febbre di pochi giorni dimenticava tutto quanto il suo sapere a segno da mostrare sembianza di imbecille. Dopo la disastrosa peste di Atene moltissimi, fra quelli che sopravvissero a quel tremendo flagello, dimenticarono l'uso delle lettere, come pure il nome loro proprio e quello dei congiunti » (ALLIEVO, *L'Uomo ed il Cosmo*, pagina 304). — « Il duca di Marlborough (John Churchill), celebre in Inghilterra, alla fine del secolo XVII, al tempo della regina Anna, pel numero delle sue costanti vittorie, era rimbambito negli ultimi anni della sua vita, e passava il tempo giocando coi suoi paggi. Ma talora gli tornava la memoria. Un giorno passò in una galleria, davanti ad uno dei suoi ritratti, che lo rappresentava vestito in grande uniforme di guerra. Alla vista di quel quadro gli tornò la memoria e ruppe in un dirotto pianto, e, come dice il principe di Ligué, che riferisce questo fatto nelle sue *Memorie*, « bagnò di lagrime le mani che si portò al volto » (FI-

ARTICULUS II.

DE APPETITU INTELLECTIVO SEU DE VOLUNTATE.

Voluntas est facultas, qua intelligens inclinatur in bonum intellectu cognitum.

Ipsa consequitur intellectum, sed nequit omnino cum illo confundi, etenim: — 1) intellectus habet pro obiecto *verum* h. e. ens quatenus cognoscibile; voluntas autem habet pro obiecto *bonum* h. e. ens quatenus appetibile. — 2) intellectus est potentia *afferens*, voluntas autem est potentia *efferens*; intellectus trahit quodammodo ad se res, eisque dat novum existendi modum in seipso (per *species*), voluntas autem exit quodammodo ex seipsa et se conformat rebus extra seipsam existentibus; intellectus assimilat sibi res easque facit (secundum esse *intentionale*) nobiliores aut viliores prout, natura, sunt ei inferiores aut superiores, voluntas autem assimilat seipsam rebus et bona aut mala evadit prout tendit in rem quae vere sit bona, aut tendit in rem quae sit bona solum apparenter.

GUIER, *Conosci te stesso*, cap. VI). — « Una giovane quasi illetterata, posta artificialmente in istato di ipnotismo, cominciò all'improvviso a recitare un lungo brano oratorio in latino, di cui essa non conosceva neppure una parola. La cosa riuscì per tutti altamente meravigliosa e incomprendibile. Ma dopo alcuni mesi si venne a sapere, che alcuni anni avanti uno zio della giovane un giorno recitò quello stesso brano in vicinanza della camera da letto di lei, che allora era malata. Durante lo stato ipnotico la memoria ripresentò con tutta esattezza e vivacità alla fantasia della donna quanto essa aveva udito una sola volta parecchi anni innanzi. E come, per essere analfabeta o quasi, nulla comprese del brano latino quando l'udì, così nulla pur comprese del suo squarcio oratorio quando lo prese a recitare in istato d'ipnotismo. Nella storia della patologia mentale non mancano esempi di casi congeneri di esaltamento temporaneo della facoltà della memoria. E tra questi esempi è classico il caso narrato da Michea e riferito dalla maggior parte degli scrittori di psichiatria. Un giovane macellaio durante un accesso di mania recitava pagine intere della *Fedra* di Racine. Nella convalescenza assicurava di non avere inteso quella tragedia che una volta sola; e guarito della sua mania, qualunque sforzo facesse, gli riusciva impossibile richiamare a memoria un verso solo » (LAPPONI, *Ipnos. e Spirit.*, pagine 154-5).

Differentia hac extra discussionem posita, tractabimus de obiecto et actibus voluntatis tanquam de obiecto et actibus potentiae novae. Cum tamen de iisdem quam fuisse in Ethica tractetur, hic exponemus tantum nonnulla circa obiectum et actus voluntatis in genere, et circa actus liberos in specie.

§ I. DE OBIECTO ET ACTIBUS VOLUNTATIS.

Obiectum voluntatis. — Cum voluntas sit appetitus consequens intellectum, quidquid boni apprehenditur ab intellectu esse poterit obiectum voluntatis. Sed intellectus, quippe qui apprehendere potest omne ens, apprehendere quoque poterit omne bonum, nam bonum et ens convertuntur (Cfr. *Ontol.*). Ergo obiectum voluntatis poterit esse omne bonum.

Utrum voluntas inclinari possit in malum. — Ut iam, de appetitu sensitivo tractando, monuimus, si aliquando malum appetitur, id non nisi per accidens fit, quatenus ipsum aut falso percipitur tanquam bonum, aut coniungitur cum aliquo bono. Res experientia propria aliorumque nullo negotio comprobatur. Et vero, unusquisque conscius est voluntate sua semper niti ad id quo aliquo modo bonum est vel saltem apparet: et illi ipsi qui omni spe orbatam propriam annihilationem exoptant, mortemque sibi inferunt, non amore mali hoc faciunt, sed amore boni, scilicet amore cessationis aerumnarum; quae cessatio est certe aliquod bonum.

Distinctiones actuum voluntatis. — Actus voluntatis multifarie distinguuntur. Re enim vera voluntas aut consideratur simpliciter uti appetitus, aut consideratur uti appetitus intellectivus. — Si consideratur tantum uti appetitus, tunc eius actus distinguuntur in actus amoris vel odii, desiderii vel fugae, gaudii vel tristitiae, spei vel desperationis, audaciae vel timoris, et irae (1): advertendo tamen actus

(1) Amor, odium, desiderium, etc., eliciuntur tum ab appetitu sensitivo, tum ab appetitu intellectivo, sed aliter et aliter. Nam amor, odium..., quatenus sunt actus appetitus sensitivi, mutationem quandam organicam in se includunt, unde magis proprie nominantur *passiones*; quatenus

hos simul diversimode misceri posse et originem praebere innumeris aliis passionibus, quae idcirco nuncupantur *passiones mixtae*. — Si vero consideratur ut appetitus intellectivus, tunc recensentur distinctiones novae, quae sunt illi propriae et appetitui sensitivo minime conveniunt. Et sane appetitus intellectivus, eo quod intellectivus, non solum tendit in bonum cognitum, quod est suus finis vel medium ad finem, sed tendit in bonum cognitum sub ratione finis vel sub ratione medii ad finem. Hinc prima divisio actuum propriorum appetitus intellectivi seu voluntatis.

vero sunt actus appetitus intellectivi, nullam in se includunt mutationem organicam (sunt enim propria solius animae), unde communius nominantur *affectus spirituales* vel simpliciter *affectus*.

Hi in lingua vulgari appellantur etiam *sentimenti*; et, pro diversitate eorum obiectorum, dividuntur in *ideales* (qui ad bonum intellectus, h. e. ad veritatem, spectant), *aestheticos* (qui spectant ad pulchritudinem), *morales* (qui spectant ad virtutem), *religiosos*, *sociales*, *egoisticos* seu *personales*, etc.

Sed circa significationem huius vocis *sentimento* audiatur AUS. FRANCHI (*Ultima critica*, vol. 2, pag. 14-15). « Il termine di *sentimento* si prende in due significati assai differenti. Nell'uno è sinonimo di sensazione interna o percezione sensitiva dei così detti stati o fatti di coscienza (intellige: *conscientiae sensitivae*); nell'altro invece assai più usitato, è sinonimo di affetto. Ora il sentimento-sensazione è una specie di conoscenza; ma circoscritta nella sfera dei fenomeni sensibili; laddove il sentimento-affetto non è conoscenza, nè intellettuale, nè sensitiva, ma presuppone sempre l'una o l'altra e si riferisce tanto ai fatti del mondo corporeo, quanto agli oggetti del mondo spirituale. Ed allora esso comprende tutti quelli stati o moti dell'animo, che diconsi affetti o passioni: amore, odio, desiderio ed avversione, gaudio e tristezza, speranza e timore... affetti sensuali se riguardano beni del corpo, e affetti spirituali se beni dello spirito. Ma nè li uni, nè li altri importano una potenza o facoltà particolare; chè i primi hanno il loro principio remoto nel senso, ed il principio prossimo nell'appetito; i secondi provengono remotamente dall'intelletto, e prossimamente dalla volontà; ossia dei primi è condizione una qualche conoscenza di cose sensibili; dei secondi, di cose intelligibili: ai primi è causa efficiente e formale una tendenza dell'appetito, ai secondi una inclinazione della volontà. E come i primi tirano e conferiscono a promuovere la vita materiale dell'uomo, così i secondi la sua vita spirituale. »

« E sono appunto questi ultimi affetti che s'appellano *sentimenti ideali, morali, estetici, religiosi*. »

Actus circa finem et actus circa media. — Voluntas in omni suo actu tendit in finem, siquidem finis propter se intenditur, media vero propter finem. At finis in quem voluntas tendit, aut est finis ultimus (bonum absolutum, sine ulla mixtione mali, quod *beatitudo* nominatur quia eius possessio voluntatem plene quietare seu *beare* debet), aut est finis intermedius vel etiam proximus (bonum aliquod relativum, malo commixtum, quod est vel apparet via quaedam ad beatitudinem). Si primum, nequit habere nisi rationem finis, nam appetitur tantum propter se; sin alterum, habere potest ac reapse habet etiam rationem medii, nam appetitur et ipse propter finem superiorem.

Iam actus circa finem ad tres reducuntur, qui sunt: — 1) *velle* h. e. amor, complacentia voluntatis in fine qui semper est bonum propter se appetibile; — 2) *intentio* h. e. desiderium efficax bonum illud assequendi per media congruentia (1); — 3) *fruitio* h. e. quies, delectatio, gaudium in bono assequuto post usum mediorum congruentium. « Voluntas, ait S. Thomas, respicit finem tripliciter. Uno modo absolute; et sic dicitur *voluntas* (*volitio, velle*) prout absolute volumus vel sanitatem, vel si quid aliud est huiusmodi. Alio modo consideratur finis, secundum quod in eo quiescitur; et hoc modo *fruitio* respicit finem. Tertio modo consideratur finis secundum quod est terminus alicuius quod in ipsum ordinatur; et sic *intentio* respicit finem. Non enim solum ex hoc intendere dicimur sanitatem, quia volumus eam, sed quia volumus ad eam per aliquid aliud pervenire » (S. Th. 1^a 2^{ae} q. XII, art. I. ad 4^m).

Circa medium, ut tale, tres item exercentur actus voluntatis: *consensus, electio* et *usus*. Revera si voluntas intendit

(1) «... *Intentio*, sicut ipsum nomen sonat, significat *in aliud tendere*. In aliquid autem tendit et actio moventis, et motus mobilis; sed hoc quod motus mobilis in aliquid tendit, ab actione moventis procedit. Unde *intentio* primo et principaliter pertinet ad id quod movet ad finem: unde dicimus architectorem, et omnem praecipientem movere suo imperio alios ad id ad quod ipse tendit. Voluntas autem movet omnes alias vires animae ad finem... Unde manifestum est quod *intentio* proprie est actus voluntatis » (S. Th. 1^a 2^{ae}, q. XII, art. I).

in quendam finem, statim intellectus quaerit media congruentia, et ea voluntati proponit, quae: — 1) *consentit*, nempe complacet sibi in eis tanquam mediis utilibus ad finem obtinendum (1); — 2) *eligit* saltem aliquod eorum mediorum, ut finem obtineat (2); — 3) *utitur* mediis aut medio electo, applicando circa ipsa facultates sibi subiectas.

Actus elicit et actus imperati. — Ex dictis emanat alia divisio actuum voluntatis in *elicitos* et *imperatos*. Eliciti sunt actus qui efficiuntur immediate ab ipsa voluntate, uti amor, odium...: imperati sunt qui efficiuntur ab alia facultate, sed voluntatis imperio. Constat enim omnes nostras facultates sub imperio voluntatis aliquomodo constitutas esse; unde ab omnibus poterunt exeri actus imperati.

Quibusnam facultatibus et quonam modo voluntas imperari possit. — Quamvis *imperium* proprie sit actus intellectus (est enim *locutio* quaedam denuntiativa), tamen tribuitur etiam voluntati, siquidem fit virtute actus voluntatis, immo proprie consistit in locutione qua quis alteri denuntiat actum suae voluntatis.

Iam in omnes facultates nostras voluntas suum exercet imperium; sed aliter et aliter.

« Imperium *absolutum* (quod veteres, post Aristotelem, *despoticum* appellaverunt) voluntas de facto in nullam plane facultatem sibi subiectam exercet, id quod experientia satis constat. Non raro enim accidit, ut reliquae facultates non solum suis motibus voluntatis imperium antevertant, verum

(1) *Consensus* hic accipitur strictiori significatione: si enim nomine *consensus* generaliter intelligimus omnem complacentiam seu omnem actum acceptivum eius quod vel est vel apprehenditur ut bonum, sic etiam circa finem ipse versatur quando finem volumus.

(2) « *Electio* addit supra *consensum* quandam relationem respectu eius cui aliquid praeeligitur; et ideo post *consensum* adhuc remanet *electio*. Potest enim contingere quod per consilium inveniatur plura ducentia ad finem, quorum dum quodlibet placet, in quodlibet eorum *consentitur*, sed ex multis quae placent, praecipimus unum *eligendo*. Sed si inveniatur unum solum quod placeat, non differunt re *consensus* et *electio*, sed ratione tantum; ut *consensus* dicatur, secundum quod placet ad agendum; *electio* autem, secundum quod praefertur his quae non placent » (S. Th., 1^a 2^{ae}, q. XV, art. III. ad 3^m).